

Aliud.

PAVLE, quibus dignum dudum te crevit APOLLO,
Hac tibi jam meritò LAVREA SERTA capis.

Scis? ubi transmissâ mea cinxit tempora Lauru,
Cujus grandis habet nomina scena, COMES:
Tu bona Collegæ dixisti verba Poëtæ:

BRÜLOVI longum vive, Poëta vire.

Ecce redit hodie, quo facta reahostio, tempus,

Quo refero fertis prospera verba tuis:

Quæ mihi care mihi Collegæ precatus es, opto

Fausta tibi: CRVSI vive, Poëta vire.

Vivat uterq; diu nostrum, si IOVA probârit:

Et vireat multa commoditate diu.

Sic sua discipulis accedet gloria nostris:

Sic quoq; carminibus restituetur honos;

Quem sibi nonnulli satagunt affingere Mevi,

O plus helleboro pectora digna nigro!

Multi laurigeri, sed digni Daphnide pauci.

Vrticæ graculis confice ferta Comes.

Sed quò delabor? CRVSI Penèia Laurus,

Aonijsq; Deus det tibi grande decus.

M. CASPARUS BRÜLOVIUS
Pomeranus, Curia Secunda Præ-
ceptor, Poet: Laur: Cæsar.

Aliud.

QUOD probat ARGENTINA, probo: te Daphnide di-
Censet ob ingenij fertilioris opes. (gnum

Dignum ego te caussam quoq; censeo propter eandem:

Nec, puto, censuram spreverit illa meam.

Aonij tandem species solertius horti

Cognovi. credit tutius ergo mihi.

Vtcre